



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 158. Pacis conditiones Regem inter & carolesii Comitem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

corjecisset, agnovit; nullo enim negotio Sæcul. XV.  
 a Rege captivus abstrahi potuisset, nihi- A.C. 1465.  
 lominus nec vultu nec mente concidens,  
 discriminis timorem suppressere, quan-  
 tum valuit, conatus est. Rex quoque  
 habita honoris, ac reverentiæ ratione,  
 hac sese vindicandi occasione adeo op-  
 portuna uti noluit.

## §. CLVIII.

*Pacis conditiones Regem inter &  
 Carolesii Comitem.*

Ad eam rerum summam ventum est, Bellefort.  
 ut nil nisi pacem mutuo consensu, ac lib. cap. 124.  
 appposito sigillo firmare reliquum esset. I-  
 gitur die quinta Octobris apud Confluen-  
 tiam Regem inter & Carolesii Comi-  
 tem sancitum, ut ille oppida ad Somo-  
 nam fluvium sita haberet, ea tamen non-  
 nisi post suam, sui que Patris mortem du-  
 centis aureorum millibus redimi pos-  
 sent, præterea Guineæ, Bononiæ, & Pon-  
 tivii Comitatus possideret, & Comes  
 S. Pauli, quocum Carolesius arcana &  
 occulta omnia communicabat, Conne-  
 stabilis dignitate augetetur. Hi articuli  
 nonnisi Carolesium concernebant.

Aliæ vero concordie leges firmatæ  
 sunt die vigesima nona ejusdem Mensis  
 in oppido S. Mauri ad fossas, cautumque  
 ut Principibus foederatis pristina eorum  
*Histor. Eccles. Tom. XXIX.* O bo-

Sæcul. XV.  
A. C. 1465.

bona redderentur; Comes Dunensis in possessionem omnium suarum ditionum rediret; Antonius Chabannius Dammartini Comes munere dejectus, in integrum restitueretur, & Parlamenti sententia, qua capite damnatus erat, nulla ac irrita declararetur. Demum vi foederis Britanniae Dux præter expensas, quas in bello fecerat, Montfordiensem Comitatum recuperavit; Guilielmus Juvenalis Ursinus pristinae Cancellarii dignitati restitutus est, & Loheacius honorificum Marescalli Franciæ officium rursus obtinuit, denique Bituricum Dux in Normanniæ Ducatus possessionem immissus est. His utrinque firmatis Rex ipse Carolesium Comitem Villeriam usque, quæ est urbs quatuor leucis Lutetia distans, conduxit, singulis postea ad sua reversis. Præfatis concordiae legibus adjectum est aliud pactum, quo decretum, ut triginta & sex Viri seligerentur negotiis gerendis idonei, nimirum duodecim ex unoquoque ordine, Cleri, Nobilitatis ac Plebis. Hi a die quinta decima Decembris integro bimestri suo fungerentur officio, ac saluti subditorum necnon bono publico opportunis mediis prospicerent. Hic tamen articulus effectu caruit.

§. CLIX.